ad me. Cur venis ad me qui peccatum non habes? Ille enim baptizan
dus est a me qui peccatum habet. Qui autem peccatum non fecit, lavacrum
penitentie cur requirat? Sine inquit modo. hoc est dum ecclesia edificetur;
decet nos implere omnem iusticiam. Que est iusticia nisi misericor
dia? Dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum seculi.
Vedit mihi pauperi, dedit mihi inopi gratiam quam ante non habui. Iusti
cia eius que manet in eternum. Que est iusticia nisi ut quod alterum facere
velis prior ipse incipias et tuo alios horteris exemplo? Que est
iusticia nisi ut qui carnem susceperat non quasi deus sensum aut ministerium
carnis excluderet, sed quasi homo carnem vinceret ut vincere
me doceret. Docuit enim qua ratione possim terrenis cetera vitiis
obnoxie carnis illuvie sepelire criminibus, renovare virtu
tibus. Vere divinam in ipsa humilitate domini prospicientiam. Quanto
enim abiectior humilitas, tanto divinior providentia. Iniu
riarum suarum acerbitate deus providit remedio nostro, ut suo usu quo
nullis remediis indigeret deus probatur. Ita enim tam divinum ad
ipsos provocandos, quasi ut nemo refu[...]giat lavacrum gratie,
quando Christus lavacrum penitentie non re[...]fugit. Nemo se
dicat exortem esse peccati, quando Christus venit ad remedium pec
catorum. Si pro nobis Christus lavit, immo nos in corpore suo lavit, quan
to magis nos nostra delicta lavare debemus. Quo quia magis ope
quam magis mysterio deus, quamquam deus in omnibus quam hoc probatur, quan
do per totum mundum qui generis humani conditio diffunditur per sepa
ratarum divortia tellusque regionum, uno momento in uno cor
pore deus fraude vetusti erroris abolevit, gratiam regni celestis
effudit. Unus enim mersit, sed levavit omnes. Unus descendit ut
ascenderemus omnes. Unus omnium peccata suscepit ut in illo
omnium peccata morerentur. Purificate ergo vos ut apostolus dicit, quia
purificavit se ille pro nobis qui purificatione non eguit. Hec de nobis;
nunc consideremus mysterium trinitatis. Unum dominum dicimus, sed

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 66 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0166/66)